

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Jonstoni Historia Naturalis**

Ioannis Jonstoni|| Theatrvm|| Vniversale Omnivm|| Animalivm||  
Qvadrupedvm

**Jonston, Jan**

**Heilbrunna, MDCCLV.**

**VD18 90528808**

Caput V. De Scinco.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-10966**

spergatur, tollit. *Stercus tritum* verrucas delet. *Senecta* in epilepsia maxime prodest. In vino suffocatus, maculas in facie generat, si

vinum bibatur. *Fel* in aqua dissolutum, mustelas congregare dicitur.

## CAPUT V.

## De Scinco.

**Ambroſia.** Quem Latini *Scincum* vocant, hic  
**De Di-** Graecis σκίνης et σκίνεος, seu  
git. Ovip. a Tinsa Arabum, quo nomine *Scin-*  
**i. c. 12.** *Scincum* Abensina vocat, seu aliunde.  
**Nowes.**

**Descriptio.** *Crocodilum terrestrem* vocat, Bellonius *Crocodilum mino-*  
*rem*, velquod crocodilo sit similis,  
vel quod crocum timeat. *Descriptionem* si species, quadrupes est ma-  
gnitudine lacerti viridis, aut sala-  
**Bellon. de** mandrae, ut Bellonius scribit, pol-  
**Aquatil.** licis crassitatem et longitudinem qua-  
drantem non excedens, cauda ro-  
tunda et squamosa. Renodeus ani-  
mal quadrupes esse ponit, *squamis*  
exquis, frequentibus et subluteis,  
*capite* longo, vix colli crassitatem su-  
perante, *ventre* quadantenus ala-  
**to,** *cauda* rotunda lacertarum ritu, sed breviore, et ad finem incurva.  
**A** capite ad caudam discurret linea. Gesnerus vidit digitis quinis cum unguiculis instructum, latitudine fessquipolllicis, longitudine duorum palmorum. Vedit et alias sex pal-  
mares Constantinopoli. In Arabia tantum nasci prodidit Abensina, circa Mechar vagari Bellunensis. Versantur circa Nilum, et inde ad nos per Alexandriam et Venetas de-  
feruntur. Inveniuntur et in locis mari rubro vicinis. *Viditant* odoratis floribus, ideo non est mirum talem fimum excernere. In sicco pariunt, et ova terrae gremio committunt. *Caro* scincorum magnis antidotis mi-  
scetur, unde quaedam contra vene-  
**na,** *Diascincon* appellatur. Rhafis animal ipsum, supra pusionem metu somninorum laborantem, cum fructu suspendit. Pulverizatus ad excitandam venerem drachmae unius pondere exhibetur. Eadem caro elephantis in India exhibetur,

et corpora pinguefacit. *Cor* in lana Plin. H.N.  
ovis nigrae, primo partu genitae 1.28. c. 8.  
portatum, quartanas abigere credi-  
tur. *Fel* cum melle mixtum, in suf-  
fusionibus decantatum est. *Renes*  
sperma augent. *Sanguis* cum bor-  
race illitus faciei maculas deiet.  
*Pinguedo* dolorem renum expellit.  
*Pellis* ustae cinis super partes fecan-  
das spargitur, ne dolorem sentiant.  
*Aegineta* unguentum *Entaticon*  
componit, quod caudae Scincorum ingrediuntur. Ex *intestinis* suffitus paratur, qui hysteris vehementer conducit. Ex *stercore* medicamen-  
tum antiepilepticum a Serapione componitur. Idem in extergendis oculorum maculis Plinius vehementer laudat. Optimum aurem est, candidissimum, friabile, et quod in aqua ampli instar cito liquefit. Ex eodem, ad faciem erugandam, unguentum meretrices parabant. Dum teritur veteris fermenti aciditatem spirat. Olim stercore sternorum, qui oryza alebantur, adulterabatur. De *differentiis* haec habe. Maxi-  
mos Indicum et Arabicum, secun-  
dum Plinium esse. In India bestiam nasci scinco specie similem, canis Melitenensis magnitudine, cuius pel-  
lis asperis squamis patet, quam In-  
di Phatagenem dicunt, eandem forte cum Caudiverbera. In Cypro la-  
certae speciem magnam nasci, scin-  
cum omnibus notis referentem, cuius imaginem hic exhibemus. In lacu denique *Vicentino*, scincos ab aliis diversos haberi, sed qui ad salamandras potius referri debent. Ad easdem pertinet et *Scincus Rhafis*, cauda non rotunda, sed circum latera compressa.

CA-

*De Cordylo quadrupede, et aliis quibus-  
dam lacertis.*

Ambrofin. **D**e *Cordylo* haec Ambrosinus habet. Haec lacertae species Cordyli nomine fortassis insignitur, quoniam Cordyli pisces figuram aliqua ex parte repraesentet. Alioquin a nonnullis recentioribus *crocodilus terrestris* appellatur, cum tamen scincus verus, crocodilus terrestris Antiquorum fuerit. Nuper quidam hoc animal *caudi-verberam* nominant, quoniam continua caudae agitatione diverberet. Graeci ad imitationem latini vocabuli *Uromastixigen* dicerent. Bellonius praeditam lacertae speciem depingit, et crocodilum terrestrem nuncupat, quoniam primo aspectu crocodilo Niloticō assimilatur. Verum postea ab ipso discrepare asseverat, quia hoc animal caudam in modum clavae tuberculis eminentioribus asperam gerat. Quapropter corpora, quibus adpropinquat, atrocissime diverberare dicitur. Hinc caudi-verberae nomen sibi vindicavit. An vero habeat branchias, quemadmodum scribit Bellonius, et confirmat Rondeletius, non facile potest exponi. Siquidem in exuviis huius bestiae, quae in publico Musaco adhuc servantur, duo tantum foramina securus rictum observantur. Quarum meminit Bouffuetus his carminibus:

*Cordylus effigie hic talis depingitur ipsa,*

*Qualis, et in terris, et fere de-  
git aquis.*

*Inter quadrupedes rimam unam,  
sive foramen*

*Post oris rictum, respice, solus  
habet.*

An vero istae rimae, vel foramina sint illa, quae sub branchiis esse solent, aliis considerandum relinquimus, et ad clariorem huius animalis descriptionem accedemus. Thomas enim Erastus Helvetius Medicus et Philosophus insignis, describit hoc animal crocodilo simile, minus tamen, et inferius *labrum* movens, figura *capitis*, et *oris* testudini respondens, cum brevi collo, et in parte inferiori tumido. *Pedes* habet quatuor quinis digitis more lacertarum distinctos. Reliquum corpus non squamigerum, sed pelle duriuscula, instar corii serpentis vestitum, *cauda* illi inept rotunda, in circulos quosdam squamatim divisa, modo ferae inexplicabili. *Squamae* sunt durissimae, videnturque ossae, et quasi quadrangulae, cavae parum sunt, ut caudam rotundam efficiant. Alioquin tamquam tegulae, quae domorum culmina cooperiunt, simul iunguntur, extremitas cuiuslibet squamae in spinam acutissimam desinit. Amplius tales *squamae* pellicidae, flavescentes seu pallentes instar cornu videntur. *Venter* huius animantis magis, quam in crocodilo tumescit. *Tergus* denique latum, et quodammodo planum est, ut in iconē licet conspicari. Quid, si hoc animal *phattages Indicus* sit Aelianī? hic enim auctor prodidit in regionibus Indicis nasci bestiam, crocodili terrestris speciem gerentem, cuius pellem asperam ad dissecandum adhibent.

\* \* \*

